

Athenas autem redire mihi utile non esse cognosco, ne quis me iuste reprehendat, qui Atheniensibus dudum Rempublic. ex aequo administrandam tradideram, praesensq; oblatam mihi tyrannidem sponte declinaueram, modo rediens factum tuum subita poenitentia probare uidear.

SOLON CROESO.

AMPLECTOR mirificè tuam in nos beneuolentiam, & per deos immortales, nisi apud me iam pridè statuissem ibi sedem habere, ubi Respu. sit libera, mallè apud te in tuo regno uitam quam Athenis agere, uiolèter tyrannidem exercente Pisistrato. Verùm ibi suauius ex instituto nostro uiuimus, ubi sunt omnibus aequa & communia iura. Veniam tamen ad te, ut tuo uel hospitio tantisper fruatur.

CHILO LACEDAEMONIUS.

CHILO Lacedaemonius patre Damageto fuit. Hic scripsit elegiam aduersus frèr ducentos. Dicebat autem futurorum providentiam ratione comprehendì posse, pro uirtute utri. Indignanti fratri quòd Ephorus ipse non fieret, cum ille fuisset, Ego, inquit, pati iniurias scio, non tu. eporou magistra
 Fuit autem Ephorus circa quinquagesimam, & quintam tus apud Lacedaemonios, sic di
 olympiadem. Porrò Pamphila circa sextam ait, primumq; Eti ab eo quòd
 Ephorū fuisse sub Euthydemo autore Soficrate. Primumq; res ciuitatis in-
 instituisse, ut Ephori regibus adiungerentur, Satyrus Ly- spicerent, erant
 curgum dixit. Hic, ut Herodotus in i. historiarum libro re- autè numero 5.
 fert, Hippocrati in Olympia sacrificanti cum feruere absq;
 ignis admuniculo lebetes coepissent, consuluit, aut persisteret coelebs, aut si duxisset uxorem dimitteret, filiosq;
 necaret. Ferunt eum & Aesopum interrogasse, quid nam faceret iupiter, illumq; respondisse, Excelsa humiliat, & humilia extollit. Rogatus quo differunt periti ab imperitis, Bona, inquit, spe. Quid difficile, Arcana, inquit,